

Alfred Zitzler  
Marrer, Jauerbrunn  
Bgd.

## Ante divinum Officium

**A**peri, Dómine, os meum ad benedicéndum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, perversis et aliénis cogitatióibus; intelléctum illúmina, afféctum inflámma, ut digne, atténte ac devóte hoc Officium recitáre váleam, et exaudíri mérear ante conspéctum divínæ Majestátis tuæ. Per Christum Dñum nostrum. *R.* Amen.

Dómine, in unióne illius divínæ intentiόνis, qua ipse in terris laudes Deo persolvísti, has tibi Horas (vel hanc tibi Horam) persólvo.

*Ante singulas Horas*

**P**ater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie. Et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatióem: sed libera nos a malo. Amen.

**A**ve, María, grátia plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui Jesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

*In princ. Matutini  
ac Primæ*


**C**redo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spírítu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúl-tus: descéndit ad ínferos; tértia die resurréxit a mórtuis; ascéndit ad cælos; sedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spírítum Sanctum, sanctam Ecclésiám cathólicam, Sanctórum communióem, remissionem peccatórum, carnis resurrectióem, vitam ætérnam. Amen.

# BREVIARIUM ROMANUM

EX DECRETO  
SS. CONCILII TRIDENTINI RESTITUTUM  
S. PII V PONTIFICIS MAXIMI JUSSU EDITUM  
ALIORUMQUE PONTT. CURA RECOGNITUM  
PII PAPÆ X AUCTORITATE REFORMATUM

*cum Psalterio secundum novam  
e textibus primigeniis interpretationem latinam  
Pii Papæ XII auctoritate edito.*

Editio amplificata Taurinensis decima



PARS AUTUMNALIS

TAURINI **MARIETTI** ROMÆ  
S. Sedis Apostolicæ et S. Rituum Congr. Typographi

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Printed in Italy

---

*Tipografia della Casa Editrice Marietti - Via Legnano, 23 - Torino*  
Stampato in Novembre 1949.

